

preceptum ignorant, quandoquidem tantum abest, quod in bonis suis aliquid superfluum inveniant, ut immo nunquam inveniant ea, quae ad luxum fovendum cum necessaria. JESU CHRISTI patrimonium cum suo confundunt; amicorum quoque, & confanguineorum substantias committunt, in quibus dominium aliquid sibi haberi videntur, licet jam absorptum sit aere alieno, cui solvendo non sunt. P. Cheminai Tomo 3.

De fecore.

Quid ex derelictum amore con sequatur.

Ingeniosa est avaritia.

ferant, non ideo tamen difficillima sunt, quae corrigantur: furentes eorum motus fape horrorem excitant, & quodammodo suam fecem afferent medicinam. Non desunt alia vitia occultiora, & feccretiora, quae animam agitant minori cum tumultu, & quorum habitus non nisi raro perstringitur. Talis est avaritia: haec in omni vita regnat, haec totum cor occupat, & possidet; intelligitur quidem amor, quo lucrum quarit, illius turpitudine detegitur; doli & fraudes deteguntur, metuitur ars, sordes contemuntur; sed aliquando occurrunt avari, qui aliquo virtutem nequaquam abominantur videntur, satis modesti, frugi, in suis officiis diligentes, quae ad praecipuum illorum cupiditatem non pertinent. Hos sua regit cupiditas, quin illos violentis fatigat motibus, qui alios aliquando peccatores ex suis erotibus excitant: illius principia sunt quae servitutis tyrannidem sentiant; illius jugo premuntur, quin de pondere conquantur; ita ut ob periculum, in quo versantur, nullo timore afficiantur. Idem.

Cum avaro de horribilibus inferni supplicio loquere: ne minimam quidem haberi eorum rationem ideam, quae ipsi terrorem debent incutere; sua illum utilitas excaecat, neque patitur videre, quod sibi imminet periculum. Huc ignominiosa Paradisi bona describere, haec illi feruere accidit beatitudo, eamque ne agnoscere quidem cupit: haec enim ignorantia, hic contemptus naturales sunt immodice affectiois effectus, quae temporalia bona profectur; Quae autem incedenda via est, ut convertatur? Raro accidit, ut avarus suum amorem relinquat ante obitum. Quis asseverare potest, se unquam hoc gratiae miraculum confexiste? Via quidem gratiae in obduratissimorum peccatorum conversionem admiratur; Dei misericordiam benedicimus, qui tanta virtute, ac suavitare corruptissima etiam corda convertit: avarus autem pertinaciter efficacissimae gratiae resistit illecebris, & plerumque ad tumulum usque secum fert nequissimum opus congerendi cupiditatem; Haec autem avari insensibiles in his, quae ad salutem pertinent eo fusa magis est, quo minus eam perpendere potest, & minori timore ejusdem afficitur. Idem.

Cum eorum sensus scrutamur, qui tanto amore hujus terrae bonis adhaerent, lateri cogitur ipsos oblitos omnino esse veritatem fidei, neque aliter facturos esse, si nihil penitus crederent. Sicut requiem, voluptatem, & felicitatem requirunt in earum rerum copia, quas circa se, & domi suae congerunt; sed eam nunquam inveniant: prout enim ipsa augetur copia, desiderium, ac spes semper plura congerendi augetur; crescit eorum sollicitudo cum eventu, & in consilio rationabilis ipsi magis negotium facessit, in quanto rationes illae, quas praesens manus habent, ut omnia sibi cedant & sententia. Idem.

Nunquam satis primitivae Ecclesiae felicia aurea secula capere possunt. Fideles tunc nihil proprium possidebant, sed ex quo meum, ac tuum distingere voluerunt, & frigida illa verba, ut loquitur S. Chrysolomus, audiri inceperunt, quae tamen in frigiditate, & per frigiditatem suam tantum in mentibus calorem cient; omnis ille fervor Christianus deseruit, & fideles in maximam morum corruptionem dilapsi sunt. Quarentes sua, didicerunt aliena invenire, & inventientes aliena, haec sua fecerunt; hinc tot divisiones, lites, fraudes, concussiones, oppressiones, usurpationes, abusus in ipsum usque sanctuarium obreperunt. P. Bourdaloue in variis sermonibus suis sermone de veritate Evangelica.

O homines mundo mancipati, quamnam est sollicitudinem, curamque vestrarum, crudeliter a deo vos dilanantium, origo? fatemini quae: haec est cupiditas, habendi libido, infelix, atque damnable terrorem bonorum affectus: ibi vita hujus suavitatem quaritis; at summus ille ardor, quo contigitis vitam vestram excrecat. Et sane quam sollicitae curae, ut illa acquiratis; quae pena, ut ea servetis, qui metus, ne illa amittatis, quae vota, ut illa augeatis! quae tristitia, quod vel consistam egestatem vestram explore, vel superfluis sumptibus vestris satisfacere nequeatis? quis dolor, quis moeror, quis perturbatio, quis tumultus! cum vobis invitae evanescunt, & vel in felici negotio, vel inopinato eventu auferuntur! Quis pudor, si per hoc non in egestatem solum, verum etiam in opprobrium decidendum est! quae

Avaritia: vicio rara, & difficilis.

Avaritia praecipuum sollicitudinum bonorum manarum causa.

Avaritia cupiditatis iniquitatis origo.

praeeriti temporis poenitentia, quis praesentis dolor, quae futuri sollicitudo inter tot pericula, quae in hoc mundi commercio evitari non possunt, inter tot revolutiones, atque tumultus, quorum vos testes estis, & quibus quotidie vos ipsi estis obnoxii! Non alia superest medicina, quam Evangelicum illud consilium, quo omnia haec terrena stochil hunc turbare poterit: videlicet da mihi hominem vere ab omnibus sensibilibus bonis divulsam, quodcumque periculum de illo fecerit Deus in adversa copia laetissima pace fruetur. Idem sermone 1. in Navitatem Domini.

Demone illius potestatis effectu, quam spiritus habent in corpora, supra excessu montis cacumen transfudit JESUM CHRISTUM, eique omnia mundi offendit imperia, sive oculis ejusdem quaecumque obiecta subsiciens, seu veram regnorum omnium imaginem exhibens; vel potius inanes eorum species obiciens, dixitque illi: Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Quis unquam vulgator, atque potentior illecebra esse potest, quam habendi plura his, quae habentur, cupiditas? Haec omnia tibi dabo? Quid ille verborum horum virtute non obinet? nonne per haec venalis quotidie prostrat justitia, pudicitia corruptitur, evertuntur imperia, & suavissimi etiam amici produntur? P. de la Rue sermone de Amore Dei.

Divitiae malum non sunt, inquit S. Paulus Apostolus, sed de illis sanius ferebat iudicium, quam falsi illi antiquitatis sapientes; sed inordinata divitiarum cupiditas est malorum omnium origo. Haec igitur cupiditas damanda est, non ipsae divitiae. Non divitiae, sed qui illis abutuntur eadem immoda cupiditate cupientes, iniqui rationibus acquiescentes, in improbe factis assumentes, cum nimio affectu possidentes, cum sollicitudine conservantes, cum dolore, & desperatione amittentes, hi scelus admittunt, Sermo manus scriptus.

Propter opes scelera omnia patrantur; tibi dabo, ait tentator JESU CHRISTO. Proh Deo! quantum virus ad hanc quoque diem hac verba in terras effundunt! quot mercenarii promissionibus se fidei patiuntur! Famulus Dominum suum corripit, cum eodem ea dividens, quae sub ejusdem auspicio, atque ejusdem assiduatione sustulit rapuit; tibi dabo; Reus iudicem suum corripit, eidem pariem fructuum suae iniquitatis distribuens; tibi dabo. Impudicus innocuum fallit virgunculam, eidem magnas opes pollicetur; mulier ad suas voluptates pertrahere famulum ingenit oblacione conatur: tibi dabo. Idem.

S. Augustinus ait, hunc divitiarum amorem esse visum, quod cordis nostri aliquid glutinantur, atque ne liberum ad Caelum volatum arripiant, impediunt: secretum virus est in animam fluens, eque vim adimens, qua salutem suam operetur. Funesta illecebra est, quae fallaci specie mentes nostras decipit, eaque inani vanitatis fulgore perstringit. Cum quis in hoc infelici statu deprehenditur, & divitiis adhaeret, menti quidem eius caligo offunditur, cor vero inordinata affectione corrumpitur; relinquuntur veritas, ut umbra queratur; videlicet peritura tantummodo vitae queratur bona deperimus, quin caelestia cogitemus; temporalibus negotiis yacamus, quin salutis nostrae curam geramus; & haec iniquitatis sollicitudines nobis illud eripientes tempus, quod concessum est, ut caelestem incrementum felicitatem, nihilominus inani titulo decorantur, & seria negotia, & magni momenti studia vocantur! Desumptum ex sermonibus oblati Academiae Gallicae anno 1673.

Cupiditas potissima est omnium iniquitatum nostrarum causa; haec nunquam ait satis; haec multa sibi necessaria esse committens, semper est infatiabilis, haec efficit, ut studemus, elaboremus, & ad virium usque defectum festinemus; haec, ut eruditus quidam ait, omnibus vitae nostrae actionibus praestat, & nos jugibus agitationibus torquet. Quomodo modum pluribus indiget, ita plurima fovet desideria, cumque haec nequeant expleri, quae in ipsa inventiuntur, necessario effundit sese extrinsecus. Nihil est quod non conetur etiam cum proximi detrimento, nulla non invenit jura, nullis non utitur artibus, ut sua frenora contegat, nullos dolos, nullas tentatas relinquit fraudes, ut finem suum consequatur. Hinc existunt simo-

nia, hinc falsa testimonia, hinc falsi contractus, hinc lites, hinc in litibus ambages, & altus. Haec nequissima cupiditas vere cum S. Jacobo appellari potest universitas iniquitatis; ex ea quippe omnia vitae civilis mala proveniunt; haec efficit, ut frenus tamquam aliquid prudentis industriae inventionem censeatur; haec varias opum congerendarum rationes excogitat: Haec una, inquit S. Zeno Veronenensis, nefaria cupiditas in religione sanctissima nequissimas quaesivit rationes, quibus opes plurimae conflarentur. Scimus argentum vilem esse humum, & nihilominus nunquam satis est: Pecunia tantum lutum, & nunquam tali luto plenus est avarus. Obijciendane vita est furentibus pelagi fluctibus? ignota sunt adenda maria; Provinciae, & regna peragranda; Interdium, nocteque laboratur, vigilatur, nulla quies est, & haec etiam in omnia cum quadam voluptatis specie transiguntur. P. Bourdaloue sermone de Reformatione.

Esto, si hic nefarius affectus legitimis tantum rationibus uteretur: sed nihil intentatum relinquit, fas sit an nefas, æquum, an iniquum. Nonne propter hunc inordinatum amorem ne sanctissimis plurima haec, quae habentur, cupiditas? Haec omnia tibi dabo? Quid ille verborum horum virtute non obinet? nonne per haec venalis quotidie prostrat justitia, pudicitia corruptitur, evertuntur imperia, & suavissimi etiam amici produntur? P. de la Rue sermone de Amore Dei.

Quid mercatorem cogit adulterare merces, ut simplices fallat atque illas plura quam valent aliis vendidit? Quid illum cogit falsis ponderibus, falsisque mensuris suas merces distrahare, & illud latrocinium committere, quod in Scripturis abominatio coram Deo nuncupatur? Pondus, & pondus abominatio coram Deo? Haec sane cupiditas efficit, hic ille affectus est, quo quisque rapitur ad opes cumulandas, domum suam augendam, ac filii assiduosissimam rerum coriam reliquendam. Quid efficit, ut dives ille pecuniam suam in stœnus colloquet? haec sane est inextinguibilis avaritia, quae nunquam voci compos est. Plurimas habet opes, efficit Providentia, ut ex locupletibus parentibus oriretur, eam junxit affinitatem, propterquam magna facta est suis bonis accessio, plurima per industriam, atque calliditatem comparavit; attamen nondum contentus est, & quamvis in senectute frigeat, eius non fenescit avaritia, immo quotidie convalescit. Hoc illud discrimen est, quod S. Hieronymus inter hoc, & reliqua vitia animadvertit, quae fenescunt, & vires amittunt prout peccator senio conficitur. Impudicus doloribus, & infirmitatibus obrutus, quae sunt suorum flagitiorum effectus, non potest amplius vacare libidini, & illud excrecat scelus, propter quod tot malis afficitur? ambitiosus, ac superbus senectutis agridudinem sentiens, non amplius luxum, & vanitatem ostentat, Matriona, quae in adolescentia tot amafios jactabat videns pulchritudinem suam senio deflorescere secum cogitat, & vacat pietati. Ita vitia quaecumque fenescunt, & prout homines viribus deficiunt, & ipsa deficiunt. Una non fenescit avaritia; immo tantum abest, quod fenescat, atque infirmetur, ut eo magis afolescat, & confirmetur, quo magis fenescit, & infirmatur avarus. Desumptum ex sermone manuscripto.

Alia pleraque vitia quamdam habent turpitudinem, quae primo intuitu rationem ipsam offendit, & conscientiae, atque virtuti afferit dolorem. Impudicitia dedecus suum tegere nequit; intemperantia eos trahit effectus, qui verendum client, atque illius turpitudinem ostendunt; ulro satis in violentis motibus patet. Avaritia vidua est, & cumultuosa, sed perturbatio, quam parit, non adeo facile deprehenditur; strepitus, quem edit obtutus est, & fere nunquam exauditur; mentem suis ideis accommodat, suam persequitur viam, quin ne cogitet quidem se errare. Amor, qui ejus characterem constituit, non adeo potius videtur, ut hominem terreat, & hic sensum in ter-

Avaritia in conditionibus, quibusque omnibus invenitur.

fuit; hinc illa audacia invadendi patrimonium pauperum, & dilaniandi, ut ita dicam, hereditatem JESU CHRISTI, ne sua dividatur. Desumptum ex sermone P. Massillon.

Hic morbus est, ex quo nemo convalescere potest citra peculiaris gratiæ subsidium. Cum quædam animi agilitas per se non habet, unde possit expleri, passim suppetias ex alia petit, quæ sibi fert opem, atque tunc facile id obtinet quod contendit. Ultio exempli gratia, effuso sanguine extinguitur; adversa fortuna plerumque ambitionis insolentiam infringit, libido cum effuso corpore senescit; sed hæc omnia augent avaritiam. Ambitio illam excitat, eam allicit voluptas; effectum senectute corpus voluptatibus frigidens bonorum fit insatiabile. Desessum cursu, & janam in sepulchrum demittendum quotidie novos commearum comparare festinat pro itinere, quod cito absolvendum est. Avaritia divelli nequit ex illius corde, quem possidet. Unicus JESU CHRISTI colorum coniectus Petrum movet; vox una convertit Paulum, Thomas incredulus simul ac JESU CHRISTI resuscitati vulnera attingit, fidelis existit; sed nec adfectus, nec vox, neque osculum avarum Judam convertere poterunt. Idem.

Confideratio super insatiabilitate avaritiz.

Heus! frater mi, si domi tuæ rivulum habes ad extinguentem sitim, cur alium, æque immensum, ac mare quaris, qui fortasse sitim faciet ardentior? Si satis bonorum habes, ut tuis egestatibus confulas, cur plura quaris? qui flagrat hujusmodi desideris, opes habet, & non habet: habet quidem, quia iam locuples est, & thesauris thesaurum accumulavit; non habet autem, licet enim habeat, omnia desunt illi, qui nimia fide suas opes tuetur. Ita vivit, quasi omni careret pecunia, ac tandem pauper obicit, postquam vixerit dives; nihil ergo illi profuit opes suæ, pauperibus enim ipsi pauperior ex hac vita decedit. Idem.

Nonne in terras JESUS CHRISTUS descendit, ut senescit ac perniciosè huic animorum nostrorum ægritudinè mederetur? Nonne ut de fidelium corde crudelem hanc avaritiam expelleret, amoris paupertatis, & beatitudinis nomen, & principem locum attribuit? Nonne, ut mortalibus hunc errorem auferret pro terrenis, celestia se elargitur bona pollicitus est? Cumque in terras venire posset plena bonorum omnium affluentia circumdatus, quippe qui supremus est rerum omnium Dominus, nasci tamen voluit in stabulo, ac majorem dierum suorum partem in officinè squalore transigere, nudum in Cruce animam efflare, atque inter Judæos maxime rudes pauperem, simplicemque Religionem statuere? Idem P. Massillon.

Visne effectus avaritiæ cognoscere? qui hæc possidentur, plurimis, gravissimisque doloribus excruciantur. Inferrentur se doloribus multis: doloribus interdum, avaris enim opibus congerendis, augendisque tantummodo vacat; doloribus noctu; singulis enim momentis somnus ejus intercidit metu, ne ea, quæ possidet, bona surripiantur: doloribus multis; interdum fur ingeniosus, & pirata crudelis fratris sui vineam invadere, & auferre conatur; noctu, timidus pecunias custos ipse quoque fures & piratas metuit, ne bonis exuatur. Hi igitur dolores tantummodo sunt, laboreque. Avarus autem, qui bona possidet, nonne ita ea claudit, ut difficile dictu sit utrum magis ipse argento serviat, an ipse argentum? donec sub imperio hujus cordis nostri dominæ avaritiæ vivimus, ipsa nos ad arbitrium regit: bona hæc modo luxur dissipat, modo exhaurit intemperantia. Fur illis repente potiri potest, mors serius, ocyus eadem rapit, & quemadmodum hæc divitiæ cito vel sero cor nostrum dilaniant; ne in presentiarum illud differant, nonne æquum est, illis minime adhærere? Idem.

Quomodo avaritia est idola.

Hominum plerique hodierna die in eadem cecitate versantur, in qua olim quidam primorum sæculorum fideles, quos acriter Tertullianus corripiebat. Cur aiebat ille, aurum, & argentum, Deus converterum execraris, sed ipsam aurum, & argentum in corde tanquam Deum colis? Miraris, quod Ethnicus aurea, & argentea habeant simulacra, quæ tanquam Deos suos venerantur; sed mirari potius debes, vios similem a te ipso tanto ardore aurum, argentumque depereunte idolo-

latrariam perpetrari. Hoc efficit, ut non sis verus cultor Dei, quandoquidem avaritiam in templum dedicasti: Gentilium idola sunt idola mortua, sed idola tua idola sunt in tuo corde viventia, & hæc te solum ab Ethnicis differens. Idem sermone de exiguo electorum numero.

Nullus in terris avarus est, & pœne dixerim nullus dives, qui avaritiæ numini suam requiem, honestatem, vitam, conscientiam, & salutem non devoveat. Ita est; avarus divitiarum Deo suam requiem sacrificat: Quot enim laboribus, & curis exercetur, ut sua auget bona? quot sollicitudinibus, ut illa tueatur? Certum est maiori tormento ab avaris pecuniam, ut possideret possideri, quam eandem amitti. Locuples avarus de hoc modo diffidit, de alterius modo ambigit fide; atque ita propter mentis sue perturbationem nullam in seipso requiem nanciscitur. Quorsum autem? quia requiem suam avaritiæ devovet, & Deus avaros non patitur impunes: Ipsa sibi pœna est avaritiæ; inquit Cassiodorus; Sermo manuscriptus.

Tam desit avaro, quod habet, quam quod non habet, Sancti Ambrosius ait: Putat avarus se per avaritiam multas opes congerere; sed tandem æque se pauperem invenit, ac si nihil possideret: non quod illi bona desint, sed quod ipsum ita sua rodit avaritia insaturabili coarctandi opes opibus desiderio, ut in maxima servorum omnium copia, quin se beatum putet, sibi semper inops videtur: quod efficit, ut bonis illis, quæ possidet, non audeat uti, & si eorumdem partem adhibere cogatur, non gaudeat, sed summo mœrore afficiatur. Undenam hoc? quod nempe voluptatem ipsam sue sacrificat avaritiæ. Idem.

Sed multo majora præstat avarus; sacrificat enim fordido huic affectui suam etiam honestatem, ita ut seipsum reddat infamem, cupiens potius fanda, infandaque omnia perpetrare, quam infestissimam hanc cupiditatem relinquere. Sese alienis contemptibilem, suis non ferendum, mortalibus denique omnibus invidium præbet. Idem.

Quænam erit mentis perturbatio avaro morientis, quandoquidem, ut inquit Scriptura, sola mortis cogitatio, quam vivens evitare non potest, ipsi est amarissima? O mori quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis! Eccli. 4. Quis erit anime tumultus, quem moriens iis omnibus exuret bonis, quæ possidebat in terris? se putant locupletem; sed in morte se pauperem esse cognoscet; eo quod generatim res omnes ipsi auferentur; erique similis illi qui in somnis magnas sibi opes videtur habere, sed qui ubi evigilaverit, nihil invenit in manibus suis, Psalmoseptuagesimo quinto: Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Idem.

Impossibile est, Salvator ait, hoc est difficillimum, locupletem ingredi regnum Colorum. Heu quot divites reprobati sunt, eo quod intelligere noluerunt effectum hoc non minoris momenti, ac illud; scilicet neminem duobus servire posse, & divitiis, & Deo: hoc enim idem est, ac facere quod cupiebant Philistinim, qui Dei viventis arcam cum idolo Dagon confociare volebant, ideoque utrumque in eodem templo prope collocaverunt. Ita mortales faciunt; Deum cum Dæmone avaritiæ conciliare contendunt. Quidam comminiscuntur, & præterunt causas, ne aliquid pauperibus erogent, ne æs alienum dissolvant, atque ut creditores, famuloque suos iusta mercede frustrarentur. Iis sese illaqueant negotiis, in quibus salutis periculum adest; filios Ecclesiæ devovent, ut ingentes reditus adipiscantur, & quod mirum est, in hac re virtutem, prudentiam, & charitatem suam gestunt commendari. Verum hæc mera illusio est; ut enim hoc virtutis, & charitatis opus habeatur, oportet Deum in eorum corde solum regnare, quemadmodum arca Dei olim de idolo Dagon egit triumphum. Idem.

De divite avaro dicti postea, paupertatem, quam conatur effugere magnas undequaque colligens divitiæ, iustam esse sui sceleris pœnam; ipsam a providentia damnari, ut nihil habeat, quia omnia vult habere, ipsam pauperem esse pauperiorem; si enim plurima deunt paupertati, omnia desunt avaritiæ; ipsum denique monstro esse similem, quippe qui in persona sua, & divitis fortunam, & infortunium pauperis conjungit. P. Dozenne in libro, qui titulus, Moralit JESU CHRISTI.

Egestas avari.

Avari stultus in morte.

Dives vultus semper est pauper.

Mor-

Mortificate, inquit Apostolus, visibilibus bonorum cupiditatem; hæc species est idololatricæ cultum, qui Creatori debetur, ad creaturam transferentis. Et sane nonne videmus hominem, cui dominatur avaritia, cor suum Divinæ Majestati surripere, ut suæ voluptati offerat holocaustum? nonne huic idolo sacrificat suam requiem, valitudinem, honestatem, conscientiam? nonne in terræ hujus bonis fidem, spem, amoremque constituit? nonne tres hæc virtutes præcipuas in totidem terribria vita convertit? Dei præceptum, ubi cum illicito questu conferatur, nihili penditur, & mallet avarus potius Dei ipsius, quam tenuis lucelli iacturam subire, pro quo Judam imitatus JESUM CHRISTUM illius hostibus prodit. Idem.

Avaritia necessitate præterit.

Infelix ista cupiditas specioso necessitatis prætextu se protegit: hæc enim dicitur vulgo: Verum est, nos quatenus Christianos esse Dei filios, ut bonorum operum meritis vitam æternam assequamur; sed vivendum est, ingentes habemus familias, quærendum est, unde filiis famulique vicium tribuamus; Ideo nobis laborandum est, ne que facere possimus, quin vita nostra multis laboribus exercetur, & animus curis, & sollicitudinibus agiteur. Quomodo aliter fieri possit? Hanc vix æsternam videri æquissimam; verumtamen laborat. Hæc necessitas, in qua versamur, omnes mentis agitationes, omnes cordis affectiones, curas omnes, & omne vite spatium impendit, ita ut fere nihil Deo relinquatur; & audeo dicere, ex omnibus tentationibus, quibus vitæ Dæmon, ut nos a cura nostra salutis avertat, & a vera pietate detorqueat, hæc pro vite necessitatibus sollicitudinem relem infestissimum esse, ac validissimum. Et ratio constat: secretam enim celat avaritiam, qua cor tamquam vincium tenetur, ita ut jagiter inopie timore agitarum seipsum torqueat, ac laniet. Gemit, queritur, obmurmurat, omnia ad corporis necessitatem transfert, & cui sufficere possit simpliciter necessarium suo labore acquiritur, superflua congerere cupit; semper copiam, & excessum expetit; timet enim, ne decedat in necessitate. Desumptum ex libro Homiliarum moralium. Homilia decima quarta post Pentecosten.

Qui vere Christianus est, seu in rerum copia, seu inopia versetur, cor habere debet a terræ hujus bonorum vinculis expeditum. Quid efficit Charitas? Miraculum facit cupiditatis miraculo ex diametro oppositum. Cupiditas facit, ut locupletes in rerum affluentia pauperes sint & egeni; Charitas facit, ut pauperes in sua egestate sint divites. Cupiditas facit, ut qui in bonorum copia versantur, ea non possident, sed ab iis possideantur, quam ob rem in Scripturis dicuntur: Viri divitiarum: sunt enim divitiarum suarum servi, non domini; & illis minime fruuntur: Charitas e contra facit, ut Sancti viri, qui omnia reliquerunt, ut pauperem JESUM CHRISTUM sequerentur, nihilominus omnia possideant. Hæc pendens Sanctus Augustinus Sermone quadragesimo secundo de Tempore admiratione captus exclamat: Magna divitiæ charitatis, sine qua dives pauper est, cum qua pauper dives est. Quodnam est cupiditatis miraculum? Omnia possidentes, & nihil habentes: primo Corinth. sexto: facit, ut qui omnia possident, nihil habeant omnino. Quodnam e contra miraculum Charitatis? nihil habentes, & omnia possidentes; facit ut, qui nihil habent, omnia possideant, & res nulla illis deficiat. Moralit Christiana auctoris ejusdem, Tomo 6. Sec. 1. Articulo 6.

Pauperes ipsi nonnunquam avari.

Pauperes iisdem periculis sunt obnoxii, quibus locupletes, eorumque paupertas, quin fit salutis ipsorum fundamentum, est fortasse causa damnationis illorum: quamvis enim sint pauperes, non ideo, saltem plerique, avaros esse desinunt, atque bonorum terræ hujus sunt inexplebiles, non secus ac locupletes. Hoc autem liquido in eorum pluribus innoscit, quorum cor tanta æstuat cupiditate, ut pro turpi lucro, pro re abiecta, & nullius pretii ad Dei, & Ecclesiæ præcepta infringenda parati sint; nullum enim peccatum est, quod passim non patrent; dummodo lucrentur; mentiuntur, jurant, prejerant, fratres suos produnt, iniquis ponderibus, & mensuris mercibus suas distrahunt, laborant, suaque exercent mercantia diebus illis, quibus ea transigere nefas est. Quid non audent? Avaritia saltem necessitatis colorem

Mondry Bibl. Tom. 1.

prætexens malorum omnium radix est, & origo. Idem.

Si pauperum summam in communi accipimus, omnes fere interiores cupiditatem necessitatis prætextu distimulam. Hinc discreduntur tantopere, ut turpem questum ferant, & hanc prætextentes causam, quod ad victum sibi comparandum laboribus vacare debent, & Divini cultus, & propriæ salutis obliviscuntur. Nimiam hanc sollicitudinem Salvator in Evangelio redarguit: hic enim est infans bonorum temporalium amor, hæc avaritia est illi similis, qua mundi hujus locupletes laborant. Inter utramque enim hoc tantum discriminis interest, quod divitum avaritia circa superflua bona versatur, quorum quacumque via quærant incrementa: pauperum autem avaritia in eo tantum posita videtur, ut necessarium acquirat. Ceterum quæ scelera divites patrant, ut augeant thesauros suos, & opibus opes aggerant, in eadem pauperes ruunt oblivissimum, ac tenuissimum questum. Idem.

Avaritia character.

Primus Avaritiæ character est habitualis insensibilitas, & cordis duritia erga pauperes. Avarus in seipsum immittit est, quamam ergo ratio suadet, illum aliis mitem fore? Sibi renuit necessaria, aliis renuit superflua. Clament, gemituque edant pauperes, eorum numerus quotidie augetur; avarus se tamquam primum pauperem putat, & falsus hic pauper credit veris pauperibus omnia sibi esse neganda. Quin Divinæ gratias agat Providentiæ, de ea queritur egestate, in qua se relictum dolet; & birquinis oculis aliorum prosperitates respiciens, si frui nequit, quod illi possident, se teneri non putat ad spem erogandum ex eo, quod habet. Si illum audis, isti modo fuit sibi pauperes, confictas prætextentes egestates: modo inertes sunt mendici, qui sine aliena ope victum sibi comparare possent; modo sunt pauperes importuni, qui patientiam fatigant, & largam invenire possunt spem apud illos, qui se longe ditiores sunt. Quomodo cumque sit, durus est, & nihilominus, se in oculis Dei putat innocuum. Desumptum ex Dictionario moralit. Sermone 1. de Avaritia.

Cordis obduratio alius est effectus avaritiæ, & avarorum calamitatum cumulum addit. Virunt, quia seipsum cognoscant; plerumque moriuntur; quin convertantur. Criminosi sui, neque circumstantias, neque justissimos effectus norunt: sed licet hæc noverint, fere semper se in eo statu constituent, unde nequeant emergere. Hoc satis probat exemplum Judæ. Si Apostata hujus obdurationem, impotentiam, ac desperationem perpendas, nihil est, quod non terreat; sed si proprius ad examen revoces verum tanti mali principium, nihil est, quod non majorem stuporem incitat. Postquam Dominum suum hostibus vendidit, seipsum laqueo suspendit, & propriis manibus sibi mortem conscivit. Nisi nos palam docuisset Evangelium perisicæ adeo detestabilis principium, cogitatem Judam Dæmone obsessum, ac furentem parricidæ manus iniecisse in Dominum suum; aut non ita; nullum odii sensum in JESUM CHRISTUM Judas conceperat. Quare igitur illum turpissime prodidit? Rationem adfert Sanctus Ambrosius; quia pecuniam prætulit JESU CHRISTO. Idem.

O Locupletes, tandem aliquando, ubi avaritiam vestram expleveritis, & ingentem vobismet fortunam extruxeritis, tamquam illud ingens Nabuchodonosor simulacrum ex variis metallis conflatum ex pauperum substantia, tandem aliquando post tot æqua, ac iniqua moriendum erit. Tumultu vestri lapis ditissimum hunc apparatus in pulverem, ac cinerem rediget; districto gladio mors irruet, & vos divider ab opibus vestris, quibus injustis adeo, & perinacibus vinculis estis alligati, ut nullum consilium, nulla ratio ea possit infringere. Nondum ne auditis imperiosam vocem ea vobis dicentem, que Deus dixit Abrahæ, licet alio prorsus in sensu: Egredere de terra tua? Genes. 12. Proh superbi quibulnam oculis dives jamjam moriturus respicit exempli gratia domum illam, ubi animam est efflaturus, tot injustiis quæsitam? Quidnam dicit cor ejus superbis illis substructionibus, pro quibus coelesti sede cariturus est, & quas relinquere cogitur? Eo saltem momento illius frigidet avaritia, ac deserit eorum bonorum amorem, que relinquere necesse est. Verum tunc non erit amplius tempus; nequicquam eorum cupiditatem abijcent; nam nimis sero; nam

ægre, & inviti; nam sine dolore ac desperatione illam abiciunt. Videte ergo, num hodie cum merito ea facere præstet, quæ aliquando necessitate erunt faciendæ. *Bivat in conclusione Sermonis 13. Adventus.*

Licet munda sibi in baptismo, in nobis cupiditas tempore augetur.

JESUS CHRISTUS Baptismi Sacramentum instituit, ubi solemniter hoc verbo, *Abrenuntio*, cupiditatem bonorum terra hujus nobiscum natam, & quam nascentes nobiscum attulimus, abdicemus: Nihil minus requirebatur, quam Sacramentum agens per virtutem Sanguinis JESU CHRISTI, ut cordis nostri cupiditas extingueretur. Quo plura habemus, eo plura habere cupimus; quo plura possidemus, eo majori cupiditate possidendi flagramus; ex adverso reliquorum affectuum, qui sensim per diuturnam objectorum suorum possessionem deservescunt, & nisi nobismetipsis caveamus, sanestus hic amor altis adeo radicem facit, ut quæcumque in terris jucundissima sunt, ipsam etiam Cæli, quam speramus, partem potius sacrificaturi simus, quam illum exuamus. *Auctor sermonum in omnes Anni Dominicas Tomo 4.*

Utique, auditores; statim ac cupiditas cor nostrum pervasit, hoc jam par est sine metu, sine pudore sceleribus quibuscumque patrandis; neque ullum potest imponere. Nefarius ille contractus fingendus est; pravum illud consilium capiendum; vidua, & pupilli opprimendi; ficta chyrographa supponenda, concussionibus, rapinisque vivendum? hæc omnia sunt, dummodo sint cum quæstu conjuncta. *Idem.*

Sandus Basilius non patitur fideles pecuniam sibi pro inopiniatis eventibus reservare: hæc sunt illius verba, adversus eos, qui discere cogitant. Postquam consultum fuit, inquit ille, sumptibus omnibus, & necessariis, & superfluis; atque adhuc multum superest pecuniaz, in secretis locis occultitur, & humi defoditur: Atque hæc causa præteritur, futurum incertum esse, consulendum iis necessitatibus, quæ possunt ingruere: sed thesauri hæc ratione abditæ usui futuro ipso incertior est. Insignem hominum insaniam! laborant jugiter, ut ex terra visceribus & subterraneis fodinis aurum, & argentum effodiant, effusumque rursum terræ mandant, & cum eodem simul cor suum ibi contegunt; quandoquidem, juxta Evangelium, ubi thesaurus eorum est, ibi & cor eorum. *Thiers in libro, cui titulus; Advocatus pauperum.*

Avarorum servitus.

Mortalium, qui sub sæculi hujus bonorum pondere gemunt, servitus nequaquam levior est, licet fortasse minus sentiantur, quam ea, in cujus squallore versabantur Israelitæ. Adeo oppressi erant labore; & animi oppressio, ad quam servitus illos redegerat, tanta erat, ut Moysen de terra promissa loquentem audire non possent. Talis est servitus eorum, qui in id unum incumbunt, ut divitias comparent. Difficile est, ut in illa oppressione, quæ plerumque hunc statum sequitur, de Deo valeant cogitare. Nequequam de Deo loquimur, apud eos mortales, qui terrenis bonis adherent; cura, quæ ad illa acquirenda torquentur, reliquas omnes curas exhaurit; cogitatio hæc ad se trahit reliquas cogitationes; nihil relinquit, quod mente in usum suum non convertat, similis radici nequam ad se humorem, ac ambientis telluris partes pertrahant, ut fructum suum ferat, & auget. *Auctor Sermonum Christianorum. Sermones nono in professione Sanctimonialis ejusdem.*

Quantumvis severæ, & rigida sint leges, nullam habent auctoritatem, ubi dominatur avaritia. In justitiæ laticibus nullum pondus obtinet veritas, cum iudicium in pecunia obtinet veritas. Pauperes! vici judicio deceditis, quantumvis constet æquitas causæ vestræ: Orphani vestra diripiuntur bona; Viduæ bonis omnibus exuimini. Forum petunt, tamquam pecuniaz messem, ibique omnes plena manu demerunt, advocatus, procurator, judex, & quo magis in causa sperant lacrum, eo plures quæstiones habentur. Magistratum ministri discedunt, cliens exinanitur, & licet sævissimum confringendus sit supplicis reus, non metuit crucem, cum divitiarum suffragio se iudicii laqueos evadere posse arbitrat. *Venditur auro justitia, nullamque reus permissit crimen, quod redimere nummis existimat. Idem.*

Avarus in seipsum vitam vivit.

Mirum sane est, non deesse homines adeo humani sensus expertes, & adeo in semetipsos cru-

deles, qui ut affectibus suis pareant, calamitissimam vitam vivere non detestantur. Cum inopinata calamitas, vel fortunæ procella locupletem, potestatemque virum, ad paupertatis squallorem redegit, hoc illi saltem suppedit solatium, quod non ultero sibi hanc confasent infelicitatem, & domini imperio sese subijciunt eidem pacato animo dicit: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.* Quod autem ille, qui beatam vitam vivere possit juxta mortalium sententiam, sese præcipitem agat, caecæ, atque citra necessitatem in plurimas sollicitudines, & curas; sibimet ipsi foream effodiat, in quam est prolapsurus; primus sit, atque ut ita dicam, unicus auctor supplicii sui; suam expletur cupiditatem sibimet ipsi, & requiem, & libertatem eripiat; ne hic quidem, ex ipsorum Ethnicorum sententia, insanissimus furor est; & nihilominus ut illi ipsi fatentur, funestissima fors avorum. Et sane quam requiem habere possunt, qui jugibus curis urgentur, gravissimis sollicitudinibus, violentis animi perplexitatibus, & acerbissimis torquentur cogitationibus, quæ eos quocumque, & epulantes, & dormientes, & noctu, & interdiu, & in sociorum cætu, & in obscuris recessibus silentio sequuntur, & laniant? *Idem.*

Moriendum est; hoc quidem acerbissimum nuncium divitiibus avaris accidit, qui cor suum in thesauris suis collocant. Putabant post tot exantillatos labores aliquot annis saltem, se congestis opibus, excultis viridariis, dignitatibus emptis, redditibus auctis perfruturos; sed jam lata sententia est: *impii de terra perdentur, & qui inique agunt auferentur ab ea.* Prov. 2. Quis labor, ut ingens, & annosa arbor radicibus evellatur? quot ictibus ferienda, ut decidat? Terra tot hæret radicibus, quot affectibus, radices porro tot habent capillamenta, quot negotia. Lata nihilominus sententia est; moriendum est. Quinam dolores! &c. *Idem auctor sermonibus Christianis.*

Avarus mori proxi- xidus.

Animo hæc omnia simul collecta peccata, tamquam proceram arborem plurimos ramos habentem; illius radix est avaritia. Per hanc mercator pejerat, per hanc fugulos contra figulum invidia livescit: dicamne? hæc nonnumquam in iis ipsis qui sese Deo devoverunt omne salutis ipsorum ædificium everit. Illi quidem neque impudicitis, neque commensationibus, & ebrietatibus, neque vestimentorum luxu adijciunt animum; patiuntur aliquando tamen sibi dominari utilitatis affectum, torrens insar, qui ex altera parte vallis, ægeribusque coercitis altera ex parte diffusi, & secum proximorum agrorum segetes rapit. *Idem.*

Sandus Augustinus Tract. 10. in Epist. Joann. ait, ridendum simul, atque plorandum esse, ubi conspicimus hominem, qui suæ cupiditatis mancipium catenas non sentit, eo quod cor suum illis constringitur; neque ipsum pudet esse secum trahere, quia ex auro consistit sunt: adeo est calamitatis luce magnificentia decipitur. Vult, inquit idem, quidquid boni habet, hoc esse extra ipsum; bonas habere domos cupit, bonos redditus; ipse vero rerum omnium deterrimus est; discere vult ut beatus vivat; atque ut discat, seipsum torqueat, oportet: quo plus bonorum congerit, eo plures sibi constat ærumnas. *Idem.*

Insatiabilis avari cupiditas locum obtinet necessitatis; justo enim, ut quidam ait, *Dei iudicio fit, ut qui cupiditati resistere nolimus ingressura, jam nequeamus ingressa.* Verum esto: jure meruit, ne decidat in paupertatem. Hæcne igitur causa est, pro qua fenori det, atque in iustis rationibus opes conquirat? Putatne Deum, qui toties in Scripturis Christianam paupertatem suadet, atque commendat, nequaquam damnare inordinatum illum affectum, quo cum proximi detrimentum vis locupletari? Credisne Evangelium, quod pauperes beatos esse declarat, inexplebilem probare avaritiam, quæ possideris? Hæc profecto sunt, novi equidem, cogitationes tuæ: sed novi quoque eas tam a Deo reprobari, quam probantur a te. Metuis, ne in summam decidas egestatem; & nisi mutuum cum fenore dederis, substantiam tuam, in quadam pecuniaz vi positam, ex qua vivendum est, quantum absumitur. Verum præter, quam quod, aliz adsumt victus comparandi rationes, nonne vides prætextus hujus imbecillitatem? nonne hunc ipsum sceleris homines, fures, latrones præferunt? ad sua flagitia excusanda namquid alias asserere causas consueverunt? *Sermo manuscriptus.*

Quam deplorandum avarus.

Cur Avarus semper pauper.

Avarus semper est pauper, quocumque ex loco respiciatur, namquam enim contentus est, & semper sinu suo ignem gerit, quo absumitur, & quo plura habet bona, eo plura habere desiderat. Eo quod igitur non est suo statu contentus, pauper est, & infelix; & eo pauperior, quod ingenitæ divitiæ ad nihilum profunt, nisi ut cupiditatem ejus magis inflamment. Quemadmodum enim quadam paupertas est, quam Charitas parit; ita altera quoque est, quam cupiditas fovet. Homini fame laboranti, epularum saturam adfer, illis quidem non saturabitur, nisi primum eas gustaverit. Fenerator, & avarus pecuniam suam tueatur in arca, neque eandem, uti par est, in sua commoda & solatia convertat; semper famelicus erit, & sitiens; quo magis bona crescent, eo magis infelicitatem suam crescere arbitrat; quippe cum opes in legitimum usum minime impendunt; indefinenter necessitatem illius irritant. *Idem.*

Fenerator egestatem suam præterege minime potest: etenim, quemadmodum Sanctus Basilius ait, si bonis, pecunia, vino, frugibus careret, quinam hæc mutuo dare posset? Immo, neque fidei consonum est, hominem adeo sensus omnis expertem esse, ut aliis tribuat ea, quorum ipse eget omnino. Habet igitur suo vidui necessaria: immo habet ultra ea, quæ necessaria sunt; sed cum sit inexplebilis, longe nimis consistam suam egestatem extendit. Modo domus hæc acquirenda est adhuc modo dignitas illa comparanda; hodie filiis providendum, cras fames, vel ægritudo præcavenda. Efficit igitur ex propria cupiditatis poena suæ usuræ prætextum, & de hoc loquitur Sapiens, cum ait, alios quidem locupletiores fieri pro ut ea quæ habent aliis large, effusaque distribuunt; alios fieri pauperiores, prout fanda, atque infanda, æqua, & iniqua omnia committunt, ut opes acquirant: *Alii dividunt propria & ditiores fiunt; alii rapiunt aliena, & semper in egestate sunt.* Prov. 4. *Idem.*

Fenores sunt furum omnium nequissimi. Cum fures audiunt post se clamantes, atque insequentes, fugam arripunt, & latebras querunt: fenorator vero, ubi videt aliquem accedentem prædam, firmo pede prætolatur, eique suam operam exhibet. Fures illi suum tempus norunt; & vulgo nonnisi tenebrarum, & solitudinis favore viatorem diripiunt; hic vero non tempus, non horas descriptas habet, interdiu vigilat, & noctu, eisque cupiditas temper ardens, semperque inexplebilis nullam ei requiem permittit, seipsum torqueat interdiu, inquieta in res suas applicatione, seipsum torqueat noctu, varias meditatibus rationes, ut fructum querat ex pecunia, ac mente, animoque sexcentas fraudes, atque versutias revolvat. Metunt fures, ne capiuntur, & cum vita pœnas meturum suorum luan: fenorator vero ita negotia sua novit instituire, ut omnes justitiæ minas eludat. Publicæcæ fœnus exercet? ferream induit frontem, & habituali usura adeo callide eos fascinat, quos perdit, ut de interitu suo ne querantur quidem. Abditus est fenorator? minor adhuc de illo obrepit suspicio; contractus suos tali furo illinit, ut nemo hiscere audeat. Fures denique aperta vi rapiunt, & inviti, atque gementibus rapiunt: sed fenorator versutior aliena bona diripiens viam invenit, qua & laudes, & actiones gratiarum mereatur. Ita in usuris suis, & voluptatem invenit, & meritum; voluptatem quidem, quia inde ditescit; meritum vero, quia se de proximo suo optime mereri putat conficta charitate illam de egestatis fordibus eruens. *Idem.*

Quis unquam passet usuram charitatis Christianæ integumentum seipsum tueri? Verum quidem est, quod Divinam hanc virtutem imitatur, ideoque sese in familiarium secreta insinuat, alienas detegit calamitates, eisque exhibet pecuniam. Sed quoriam hæc versuta charitas spectat? ut eos videlicet perdat, quibus simulat opem ferre. Spiritus Sanctus, qui unus falsas virtutes, & vera vitia cognovit, fenoratorum versutiam hoc detegit verbo: *Quid gloriaris in malitia; qui potens es in iniquitate?* Psalmo quinquagesimo primo. Cur nequitiam tuam tamquam virtutem venditas, tu qui callidus es, & potens tantummodo, ut fratribus noceras, qui dies integros in iniquitatum meditationibus transigis, atque ut omnia tibi cedant e voto fraudes tuas oculis, quemadmodum oculi acies novaculæ sævissimum vulnus, quin sentia-

Usurarius prætextu se tegit.

tur, inferentis? *Idem sermo manuscriptus.*

Raro fenorator se fatetur fontem, præsertim vero cum usura non adeo enormis est, neque illum ad gravissimas iniquitates propellit. Videte Pharisæum illum, de quo loquitur Sanctus Lucas. Hic fortasse non fecus ac illi, de quibus loquitur JESUS CHRISTUS, viduarum, orphanorumque domos diripiebat, evertibatque; & licet iis obnoxius esset criminibus, Deo gratias agit, quod non esset injustus, & fur, quemadmodum Publicanus ille, qui tunc ob oculos suos versabatur. Verum esto; agnoscat fenorator nequitiam suam, magis adhuc rarum est, quod ea restituere velit bona, quæ injuste consequutus est. Quot enim extiterunt unquam, & quoruscumque hodie etiam est, qui restituat? Attamen citra hanc restitutionem fieri omnino non potest, ut fenorator suæ studeat salutis: ideoque cum nemo fere hanc mentem foveat; inde arguo usuram reprobationis moraliter certissimum esse principium. *Idem.*

Nihil magis intolerabilis est, Sanctus Hilarius inquit, quam opem ferre egentibus, ita ut egentior fiat; & illius augere egestatem eidem solatium ferendo. Si Christianus es, cur exigis pretium beneficii ex proximo tuo, qui hoc pacto magis recipit detrimentum, quam beneficium? Si Christianus es, cur fratris miseriam in thesaurum tuum convertere cupis? Si Christianus es, non peto ab te, ut omnino bonum tuum eidem largiaris, hoc peto, ut cum illud de manibus fratris tui recipis, eidem suum non eripias. *Idem.*

Fenoreis indignitas, & injustitia.

Hydropis secundum plurimorum Patrum sententiam avaritiæ figura est; quemadmodum enim, quo magis bibit hydrops, eo magis sitis ejus augetur; ita quo magis avarus auro, & argento prepletur, eo plura avarus desiderat. Avarus numquam explebitur, inquit Scriptura, & qui opes amat, fructum non colliget: hæc enim cupiditate exercitus numquam illa fovetur tranquillitate, quæ generalis est meta, in quam omnia mortalium vota collinant. Et quamvis avarus omnibus terrarum opibus perfrueretur, adhuc tamen vacuum in ipso spatium numquam replendum inveniretur. Eam habet divitiarum sitim, quam neque inopia potest imminuere, neque copia replere. Dives, an pauper sit, nihil interest; æque semper in egestate versatur. *Auctor recens Homilia in Evangelium Dominica 16. post Pentecosten.*

De avaritia dici possunt Regis Prophete verba: *Propter te mortificamur tota die.* Psal. quadragesimo quinto, ut enim expleatur avarus, seipsum magis coercere, torquere, ac mortificare debet, quam ut fidelis Domino adhaereat. Et sane jejundandum est, licitis etiam solatiis abstinentium, victus, & vitæ commoda imminuenda? Hoc quidem fit propter cupiditatem, ipsis etiam maxime necessariis sumptibus parcendo. Plura igitur pro avaritia, quam pro Deo fiunt. Vigilandum est, noctu, atque interdiu laborandum, sexcenta obunda pericula, & gravissimi labores suscipiendi? hæc facit avaritia, at raro propter Deum fiunt. *Propter te mortificamur tota die.* Ægre nosmet Evangelii iugo, quantumvis leve, & suave illud effecerit JESUS CHRISTUS per unctionem suæ gratiæ, subijcitur; sed jugum avaritiæ licet gravissimum ultro getamus, Crux, quam a nobis geri Dei Filius jubet, & mortificatio, quam Sanctus Paulus a nobis indefinenter ferendam esse docet, nihil habet, quod conferri possit cum ea Cruce, & mortificatione, quam ista cupiditas indicit. *Auctor Anonymus.*

Pro avaritia plura tolerantur, quam Sæcra Dei passi sunt.

Avari, qui ferrea habent viscera, unquam commota sunt avaritia vestra gementium egenorum doloribus? cupiditas vestra, quæ nonnisi utilitatis vestris afficitur, nonne locum illi tribuit his erga vos utendi verbis Job: qui per naturam humani facti estis, erga nos in crudelibus inmutati fuistis: *mutatus es mihi in crudeliter.* Job 30. vel cum Propheta Jeremia vobis exprobandi; quod licet corporis ejusdem sint membra cum vobis, in eisdem facti estis crudeliter, tamquam struthio in deserto, *Auctor sermonum Christianorum in Evangelia Dominica.*

Avaritiæ cupiditas fons est amaritudinis homini cupido. Omnia tibi denegare ob ea colligenda, unde nihil stonem negare possint; fame, atque metu super inuites auri cumulos sceleris congestos exarefcere; omnia sibi interdiceret, ut acquirantur ea, quæ simul alius congerenda, ne eorum aliquis usus fiat: hæc vita est avari, quem ipsa sua enecat, *Idem.*

Dolores, quos parit avaritia.

cat avaritia. Verum igitur, Auditores, est, id- que precepit Deus, ut improbus quilibet suppli- cium suum in propria improbitate inveniret. Ser- mo manscriptus P. Francisci Catrou.

Quam nefaria est avaritia, quam crudelis in- iusta, avida, inexplebilis! quam tyrannicum illius imperium, ubi in corde aliquo dominatur, nulla lex est, quam non violat, nihil sacrum, quod non polluat, nihil adeo bene institutum, quod non e- vertat, nihil adeo iniustum, quod extirpata æqui- tatis species cooperire non curet; nulla denique improbitas est, quam non suadeat, dummodo ei- dem aures præbeas. Hac terribilis illa est idea, quam de turpi, & cæca affectione hæc nobis ad- struit Spiritus Sanctus, ubi loquitur in Evangelio de sceleribus, in que impulsit Judam, de terribis- simis effectibus, quos in perfido illius corde produxit. Ita mentem illius vertit, ita omnia il- lius studia captivat, ita illum excæcat, & possi- det, ut postquam Apostolum in furem, JESU CHRISTI Discipulum in nefarium apotatam, amicum in proditorem converterit, efficit, ut ze- lum putet infatigabilem, quo flagrat, cupiditatem proficiendi ex his elemosynis, quæ JESU CHRIS- TO conferebatur. *Auctor Anonymus recentior.*

Avaritia vera est in- sipientia.

Sanctus Augustinus de Evangelico divite verba faciens post messem optimam antiqua horrea e- vertere, & majora edificare cupiente, quem Di- vina Sapientia insipientem vocat, eo quod mor- tem sibi imminetent ne cogitabat quidem; San- ctus Augustinus, inquam, animadvertit divitem hunc, ne cogitasse quidem aliena bona diripere; sed suos tantum fructus demerere optasse, quin vel pauperibus aliquid auferre, vel fallere simpli- ces moliretur. Si in illum ergo, qui sua nimia cum affectione tuetur, severe adeo animadvertit; quid tandem fiet de eo, qui aliena bona sus- furatur? A se fieri sapienter putabat, si horrea extruerentur ampliora, si bona sua auferret, quin acolarum fructus non dicam raperet, sed ne cu- peret quidem: & nihilominus dixit ille Deus; O insipiens in hac ipsa re, in qua re sapientem fac- cis, hac ipsa nocte morieris, & ea, quæ paralli, cujus erunt? P. Tomassin tractatu de Elemosyna.

Ingenuis lucri aspectus efficit, ut conscientia religio statim evanescat; omnia fas esse putamus, ex quo cupimus, cuncta fortunæ nostræ velificari, Cum Christianum institutum commercium, pluri- ma utitur cura, diligentia, atque prudentia in negotiis; sed omnis abest festinatio, & licet labo- riosum sit, nunquam eos prætergredimur fines, quos lex divina præscripsit. Indulgentia semper se- cundum Evangelii mentem, & dogmata dirigunt: curamus quidem, ut ex rebus omnibus fru- ctum feramus, sed ultra fas non progredimur. In eo vero negotio, in quo mortalium plerique hodie per quam seriv venturam, easdem sequimur leges, easdemque regulas tenemus? Cupiditas dux nequam est; semper per loca parum tuta ducit, & longius semper, quam liceat. Ex- ilis quædam intentionis directio plurimas invol- vit quidem, sed non probat usuras. Omnia po- nuntur in lucro; mutæ pecuniæ, opera, benefi- cia ipsa, immo etiam flagella, quibus in popu- lum suum Deus animadvertit. Frugum inopia, quæ horrea aperire debet, illa claudit; modicum lucrum immo dicam avaritiam non explet, quæ nequissimo commercio pauperum sanguine, & di- vitum spoliis vult locupletari. Quam crudelior, ac nequior fævitia! qui abscondit frumenta maledi- cetur, benedictio autem super caput vendentium. Proverb. 4. Hoc autem oraculum illam ne vin- obinet in corde avaritia obdurato? Attamen hæc hodie prævidentia vocatur; hæc proficiendi scien- tia; & parum abest, quo minus haberetur tamquam effectus providentia in gratiam nequissimæ cupi- ditatis. P. Croiset Tomo secundo Considerationum suarum.

Desiderin- cino acqui- rendi bo- na facit, ut ad id nulla via negli- gatur.

Infatigabilis divitiarum aviditas efficit, ut utra- que manu capiatur. Dummodo ex pecunia lucrum ingens queratur, in periculum adiguntur sacra e- tiam orphanorum, & viduarum deposita, atque in- confidit utri, præve consuetudinis, mediata pal- liationis gratiam in commercio usura & nomen e- xuit, & turpitudinem. Quicquid lavet cupiditati, libenter accipitur; magna queruntur bona, opes ingentes, quam cito comparati cupiuntur, uni huic rei vacatur, ut novæ locupletandi rationes adin- veniantur. Vix, quæ magis latent breviores vi- dentur; Verum nunquid ideo æquiores sunt? qui

festinat ditari, Sapiens ait, non eris innocens. Hæc locupletandi rationes adeo celeres non semper in- nocue sunt; sed parum consultur conscientia, ubi dominatur avaritia. Omnia indique arripuntur negotia, nihil intentatum relinquunt, & ad mi- nimum insignis lucri fulgorem cupiditas excita- tur. *Idem.*

Ex omnibus affectibus, qui ignorantur ab illis, qui eisdem obnoxii sunt, principem habet locum avaritia. Avari se nunquam tales existimant; a- lii zvaritiam suam œconomiz nomine tegunt, a- lii providentiam appellant, nonnulli speciosum mo- desse, atque sapientiz titulum præ se ferunt; & plurimi eam vocant necessitatem. Sordidam hæc cupiditatem pudet sui, & suapte natura adeo in- visa est, ut nomine suo prodire non audeat. Pu- det nos, cum hoc nomine redarguimur, & pro- fecto non desit, maxima mentis imbecillitas in hac inexplebili cupiditate. Utraque manu arripere, opes opibus accumulare, ex parsimonia sua- gentes redditus constare, laborare inedia ac fa- perem semper existimare, morbus quidem est, sed sine medicina. Quenam febris minorem requiem relinquit, quam avaritia? Avarus semper est pau- per, & æque indiget tum his, quæ habet, tum quæ non habet. Divitias non possidet, possidetur ab illis; nullus est affectus, qui magis tyranni- cum exercet imperium, & qui impotentius im- peritet. *Idem.*

Avaritia turpis, & fordida.

Suis uti viribus, & valetudine; suam torquere mentem, ut quotidie recentes sumptibus parcendi rationes, novæ locupletandi artes, novaque, & ipsa parsimonia nonnihil demendo, secreta inveniantur; assiduum est avari hominis studium. Huic uni vacat. Sed quam hæc fordior mercatura? Quod nequius cor? nemini operam suam præsta- re, nisi cum lucro; ipsa etiam opificum stipendia in questu ponere, ad minimum sumptum contem- niscere, quæri eo quod sumptus erogare ad mor- tem advertendum tenentur; in summa rerum affluen- tia experiri mendicitatem; durum aliis, æque du- rum sibi dies suos in tristitia, in mercurio, & squallore transigere; tristes tantum iniustis hujus cupiditatis effectibus; & jure dicunt, avarum nihil reliquisse adverte fortunæ, quod agat; hæc enim nihil deterius effecere potest. Avari similes sunt calamitosi illis hominibus, qui ad mala damnan- tur, vita quorum avertitur querendo, & eliciendo aurum ex lapidibus ipsis; & quibus panis sudori- bus permixtus nonnihil in mensura tribuitur; Que- nam vita hæc tristior, & obscurior? quam fors magis defendenda? non luxus, non comestio, non voluptates avarum damnant, sed ille in inter- tum ruit, eo quod nimium, & sibi, & aliis au- sterus exiterit. *Idem.*

De avari- tia Ecclie- siasticæ.

Quot homines temporum ministerio devoti, & qui non aliam, quam JESUM CHRISTUM hæ- reditatem se habere professentur, querunt hæredi- tas suis opes relinquere ex fordida parsimonia con- flatas, cum interim pauperes jure ab ipsis petant redditus patrimonii sui, quos fidelium pietas in manibus eorum constituit! Nonne hæc fœnesta illa vanitas est, quam jure Propheta in abominatio- num, quæ in templo, committuntur, numero re- censet? Nonne hæc ridicula est dementia, quæ omnibus viris bonis horrorem incutiat? Et sane ulla ne fuit mentis imbecillitas cum hæc confere- dat? Illi, quos Deus peculiari privilegio fecerit, & regnum quorum non est de hoc mundo, iis tan- tum vacant, quæ familiæ suæ fortunæ & digni- tatem possunt augere; illi, quibus fidelium ele- mosynæ redditus instituerunt, & quos sæpe unica ara servitus alit, sibi necessaria denegant, ut vel nepotibus, vel forsitate etiam alienis superflua sup- pedient! Homines magis lucro dediti, magis suis negotiis intenti, magis sui stipendiis famelici, quam quilibet laicus, semper pauperiores in oculis suis, pauperibus vero semper diviores, quid in lucro non ponunt? *Idem.*

Avaritia efficit, ut in egestate & vivamus, & moriamur. Avarus pauper videtur, & re ipsa est; sive enim fur illum de opum possessione deiciat, vel inexplebilis cupiditas divitiarum interdicit usum; varia quidem sunt egestatis principia; effe- ctus vero idem. Avarus nihil majus ex thesau- ris suis haurit subsidium, quam pauper ex inopia: divites egerrunt, & esuriant. Felix, si hæc ani- mo reputans & propriis & alienis calamitatibus af- ficeretur! Quemnam honorem paritati illius cha- ritas

ritas conciliaret? inveniret ille quidem divitias suas in altera vita in preciosissimo fenore positas. Verum quid avaro morientis prodest divitiarum, quas olim tanquam idolum coluerat, aspectus, atque memo- ria? Quotusquisque tunc illas despiciat, cum terribilem hæc sententiam audit; pecunia tua se- cum sit in perditionem? Act. 8. Diceres profecto non desse quamdam satisfactionem; & veneficium; adeo insanus, & servilis est amor, quo quisque suas deperit opes. Oportet morte animam a cor- pore divelli, ut cor illius divellatur a pecunia, *Idem.*

Nulla est anima ægritudo, quæ majorem gra- tiaz opponat obicem, quam avaritia: hæc enim cor terræ agglutinat, & inutilibus curis refertit. Hu- manæ ambitionis insaniaprehenditur; ob im- puritatis vitium secreta erubescimus; sed avari- tatis parcatitas, atque temperantiz nomen præse- renti nihil noxium videtur inesse. Avaritiz reli- qui omnes famulantur affectus, & quemadmodum divitiz suppeditant homini, unde inordinatis cu- piditatibus suis satisfaciat; nihil est quod locupe- tandi cupiditati non devoveatur. Liqueat enim, ubi huic fuerit fuerit satisfactum, non operosum futurum reliquis omnibus satisfacere. Ita depre- henditur, Sanctus Chrysostomus ait, veritas ejus loci, ubi Apostolus inquit, JESUM CHRISTUM fuisse tentatum per omnia. Ad Hebr. cap. 4. Ille enim fuit, & ambitionis, & avaritiz dumtaxat ten- tatus fuit, sed postrema hæc tentatio eas omnes continet, quibus cor humanum concuti possit. Cæ- tera vitia sua habent intervalla: nullum habet a- varitia; nos ad mortem usque subséquitur, & cu- ras suas etiam ultra sepulcrum extendit. Affectus reliqui ætate in senium vergente consenscunt: hæc crescit cum annis, atque non semel vixi sunt avari mordicus suis opibus adhærescere, cum jam vitæ essent relicti. Hæc de causa Sanctus Am- brosius celebre Josue prodigium considerans ani- madvertit, quod somnus ille vir solem quidem morari posuit, ad colubere non potuit avaritiam Achan, qui contra illius præcepta regulam auream, palliungue purpureum surripuerat: Solem colubere potuit, avaritiam colubere non potuit. Sol fletit, avaritia non fletit. Tomo 2. Speciminis Pa- negyricorum pro die 5. Martii.

Avarus, quantum in ipso est, omnes Dei peritio- nes exer- cit.

Nulla sunt in Deo perfectiones, quas avarus non lædat, atque pro virili minime evertat. Divinam nos cognoscit presentiam, quia ob oculos illius thesaurus suos dumtaxat versat. Et non propo- suerunt Deum ante conspectum suum. Psalm. 53. Quo- modo autem, Sanctus Augustinus inquit, in eum- dem Platonem proponit ante conspectum suum Deum, ante quorum conspectum non est nisi seculum? Avarus Dei justitiam non timet, futurum enim pu- tat, ut opes suæ ipsum ex omnibus periculis e- ruant. Dei misericordias, atque remunerationes non cogitat; in divitiis enim omnem suam felicitatem constituit. Dei potentiam non agnoscit; so- la enim ac supræma auri sui potentia, & fulgore perstringitur. Nullam habet in Dei Providentia confidentiam, tota quippe illius spes bonis a se collectis innititur. Iplam denique Divinitatem e- vertit, non alium Deum, quam aurum, argen- tumque suum venerat. Quamobrem jure Isaias Propheta ait, ex quo in mundo opes diligii ince- perunt, terram idolis fuisse repletam; hoc est, si- mul ac avaritia inter mortales vigere capit, ver- tum Deum fuisse neglectum, ejectumque, & pro illo inventa Idola aurea, & argentea. Apostolus etiam inter ea vitia amiquæ perturbationes, quas mortificandas, atque delendas esse docet, scribens ad Colossenses recenset avaritiam, utpote quæ a Dei servitute detorquet, ut cultus, qui Deo uni debetur, idolis deferatur: Mortificate. . . avari- tiam, quæ est idolorum servitus. Epist. ad Coloss. c. 3. *Essais de Sermons pro feria 3. post primam Quadragesimæ Dominicæ.*

Creator homini bona terræ non dedit, ut illis hæretet, summeque præsidium in ipsis tanquam nu- mine quodam collocaret; e contra temporalia bo- na eidem largitus est, ut ardentius querat æter- na, atque, ut iusta gratitudo illum ad ferventius, atque constantius amandum benefactorem suum impellant: sed nequissimo ingrati animi vitio ab- untur homines divina largitate contra ipsum De- um, & id, quo suus erga Deum amor magis foveri deberet, sibi in Numen convertunt. Ita illis per Oseam Prophetam c. 2. exprobrat Deus, argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt

Beal. Idem.

S. Job semper se Deum amasse, ac illi obtem- perasse profitebatur, quandoquidem in pecunia ne- ququam considerat; si putavi aurum robur meum: quasi diceret, si opes amassem, & in illis spem meam collocassem, evanuisset quamprimum ab o- culis meis Deus, & avaritia me statim cultorem idolorum fecisset. Et Sanctus Leo in eundem sensum ait, Dæmonem, cum Tyrannorum cru- delitate uti non posset amplius ad veri Dei re- ligionem evertendam, invexit avaritiam, quæ plures effecit infideles, atque apostatas, quam Ty- rannorum sævitia effecisset: terrores proscriptio- num in avaritia mutat incendia, & quos damnis non fregit, cupiditate corrupti. Jure igitur Sapiens Ec- cli. 10. ait, avaro nihil est scelerius, quandoqui- dem Deum ipsum oppugnat, eique auferre con- tur divinitatem. *Idem.*

Avaritia quantum Dei cul- tui, & charitati adverte- tur.

Videtur ob id peccare avarus, quod seipsum ni- mis diligit: Certum nihilominus est, quod se- ipsum internecino persequitur odio; gravissima e- nim in se mala convertit, & a se maxima aver- tit bona: fur est longe majorem sibi, quam sibi- quis omnibus inferens injuriam. Tria enim sibi auferit honorum genera longe ampliora, atque præ- ziosiora, quam quicquid aliis conatur eripere; au- fert enim bona naturæ, bona gratiæ, & bona glo- riæ. Auferit quidem sibi naturæ bona; pacem & tranquillitatem auferens sibi, atque seclè crudeli cupiditati Tyrannidis mancipans. Patet etiam om- nia gratiæ bona auferre sibi; cum enim neque Deum, neque proximum amet, omnino recedit a fonte gratiarum omnium, qui charitas est. A- varus denique sibi gloriæ bona præripit, suam e- nim felicitatem in mundi hujus opibus statuit, cælestibusque adreunat bonis, ut terrenis adhe- reat. *Observecite Cæli super hoc, clamabat Jeremias c. 2. ne derelinquerent fontem aquæ vive, & fo- derunt sibi cisternas.* Deus quem adoratis, in ter- ris contemnunt, relinquunt, deserunt, licet sit fons perfectæ felicitatis, ut eam præcipiant felici- tatem, quæ fragilis est, & momento evanescit. Quam magna cæcitas est fluxa præferre bona, quæ cordis auferunt pacem, quæ jugibus laboribus a- cquiruntur, quæ gravissimis timoribus conservan- tur, quæ aliquot dies tantummodo possidentur; Hæc inquam falsa præferre bona bonis æternis, quæ sola hominem beatum efficere possunt, & quæ sine labore quaerita cum perfecta felicitate in om- nem possidentur æternitatem! *Idem.*

Quemadmodum avarus ardentius ea, quæ non habet, cupiat, quam quæ possidet, amet; quie- tem non invenit, nisi proximi sui bona surripit. Negotium illi non facillit, utrum causa sua vi- dia, & pupilli ostiatim emendicare sibi penen- tur; dummodo suas auget divitias: Utrum fra- ter suus intereat, hoc ne curat quidem; dummo- do thesauris suis aliqua accessio fiat: denique non veretur pestum mittere bona, honorem, & quie- tem eorum, quos diripit; alienamque calamita- tem, & lacrymas sibi in gaudium convertit. *Est illi præda egestas alterius, est illi letitia fletus al- ienius, ait S. Maximus hom. 2. de Avaritia. i- deoque a Sancto Chrysostomo, avarus communis omnium hostis vocatur. Idem.*

Quo felicitior avarus est, votaque ipsius magis cedunt e sententia; eo magis augetur cupiditas; ideoque Sanctus Augustinus Serm. ad Fratres in Eremo, illum Inferno similem dicit, qui num- quam expletur: avaritia est abyssus insatialis, qui numquam dicit sufficit, semper famelit; sola avari- tia terminum nescit. O famelica rabies! o postis interminabilis! Terra, Mare, Cæelum, Inferi suos limites habent; sed cor avari nullus; Adversa for- tuna avaro mederi non potest, si quam subit jar- turam, merore conficitur, & ad eam referendam in omne scelus, ac nefas ruit. Exigam il- lam spem, quam erogabo, imminuet, viduas opprimet, pupilli bona usurpabit, æs alienum non solvet, servos ipsos debita mercede trahabitur. Ita Sanctus Hieronymus ait, semper avarus eget, cupis avaritia, neque inopia, neque copia minuitur. Fieri fortasse potest, ut infirmitas, & natura de- fectus aliquam tandem huic avaro medicinam ad- ferant, cum senio confectus erit, & ob illius ocu- los mors propinqua versabitur; potest inquam tunc illius avaritia imminui, ac suas vires amittere. Verum tantum abest quod hoc eveniat, ut impo- tunc temporis majores corripere vires videatur. Hinc fit, ut qui effæta sunt ætate, atque morti

Quam in- iusta in- Pox man- sit avarus.

Quam in- iusta in- Pox man- sit avarus.

proximi plerumque adolescentibus sint cupidiores . Ita avaritia suas auget vires cum natura imminuit suas . Beneficens homo infirmatur , sed avaritia fenescens convalescit . *Ibidem sermone sequenti*

Sanctus Chrysoſtomus hac in re egregiam adfert ſententiam : ait enim , Deum ubi reliquis animi aegritudinibus medelam adfert , non alium obicem invenire prater vitium virtuti , quam ſtatuerit vult , oppoſitum . Vult exempli gratia in corde aliquo infundere humilitatem ; illi ambitio tantum adverſatur ; ſuavitatem ac mansuetudinem inferere cupienti , ira ſolum obſiſtit , & ſic de reliquis : ſed ubi velle immittere temporalium bonorum contemptum ; non avaritia ſolum , ſed reliquæ alia animi aegritudines , omniaque ſcelera obſiſtunt , eo quod radix omnium malorum eſt cupiditas . Ita affectus omnes , omniaque vitia opem ferunt avaritiæ , ne ejiciatur , & gratia tantum , ac tam validum obicem invenit , ut nihil in avari corde operetur . *Idem*

Non fatiſ fuit JESU CHRISTO difficultatem offendere converſionis avari , petita comparatione vel ex caſſioſi fune , vel camelo , qui per acus foramen traduci minime poteſt : Vult etiam terribilem hanc veritatem in Judæ perſona , nobis exhiberi in Evangelium . Hunc in Apoſtolorum ſuorum albo JESUS deſcripſerat ; illum terram hæc continentia eſſe , & exemplo , & verbo docuerat ; reliqui Apoſtoli idem offendeſebant exemplo , ſe quidquid poſſidebant , reliquiſſe : hæc tamen omnia illum non deterruerunt a crudeli conſilio vendendi , atque prodendi pro aliquot nummiſ Dominum ſuum . Nihil intentatum reliquit Salvator , ut illum converteret , ubique amorem ſuum eidem teſtatur eſſe , excepit illum ad menſam , eumque proprio ſuo corpore pavit . Heu miſeri ! quantumvis avarum ſit cor tuum , poſſeſſione Dei tui repleri non poteſt ? In horto olivarum factelliſ omnes ceciderunt in terram ; Judoſ unus proſtratus non fuit : idem immo JESUS CHRISTUS amplexus , atque deſcendens eſt illum . Verum hæc omnia inſatiabili avari hujus cor ſcedere non poterunt , pratulique triginta argenteos magiſtro ſuo , Domino ſuo , ſalu ſua , Deo ſuo . Peccavit quidem Sanctus Petrus , ſed ad unum JESU CHRISTI inquitum ſeſe recepit . Sanctus Thomas ſiſt inſidelis , ſed aperit Dominum latius illi oculos aperit . Magdalena ſeptem demonibus erat obſeſa , ſed unica ſalvatoris viſ illius cor immutavit . Unus Judas eſt , in quo neque JESU CHRISTI intuitus , neque verba , neque doctrina , neque miracula ullam obſtinere eſſentiam . *Avari omnes* , Sanctus Chryſoſtomus hom . 61 . ſuper Marcum ait , *graviſſimo Judoſa morbo laborant* , omnibuſque metuendum eſt ne quemadmodum criminis fuere participes , ſiſt etiam damnationis æternæ confortes . Ex hoc exemplo occasione arripere poſſumus nobiſmet repræſentandi ſcelera , & mala , quæ parit avaritia , cæcitatem , quam menti offundit , corruptionem , qua cor replet , inſenſibilitatem , quam erga Deum inſpirat , & ſuaveſtiam impoſentiam , cujus ſons eſt , homines in ceriſſimum damnationis periculum adducens . Ita ſane conciperemus ideam , atque imaginem naturalem terribiſſimi hujus affectus , ita conciperemus ſpeciem aliquam calamitatis ejus , in quam hoc vitium præcipitem dedit Apoſtata hanc calamitoſiſſimam , cujus memoria in æternis erit execratione . *Idem*

De uſu avaritiæ ſiſſima avaritiæ ſpecie .

Cum hæcenus de avaritia generatim verba fecerim , terribiſſimam quandam illius ſpeciem oppugnare opus eſt : uſuram videlicet , crudele illud monſtrum , totius humani generis peſtem , peccatum quod in terris adeo familiare eſt effectum eſt , cujus tamen probandi ratio eſt adinventæ , crimen , quod amori proprio blanditur , ſcelus denique mentis & cordis ſuſtragio deſenſum . Aſſeramus tandem aliquando velum , quod tegit hoc monſtrum , ita ut horror illius ſatis appareat . Scio equidem non verſari nos amplius in ſæculo adeo rudi , in quo ex mera brutalitate vitia parentur , peccare etiam cum quadam ratione cupimus . Hoc ſeneratoribus præſertim accidit ; neminem enim fortæſe invenies , qui ſenera admittat , palam nefaria , & quæ ſibi mortalium omnium conſententem contemptum , atque indignationem . Hoc inquam , hujus temporis ſeneratoribus accidit , qui excogitarunt artem probandi ſavillimas uſuras , & cum ratione quadam miſerorum ſumptibus locupletandi : Quibus autem rationibus ad ſcelus probandum utantur , ſatis innotuit .

Aiunt ſe metuere , ne in paupertatem decendant , niſi lucrum quærant ex pecunia ; ſe nullam proximo ſuo injuriam inferre , non enim ille cogitur ad ea , quæ non vult ; ſe eidem immo gratificari ; nam illum ex ſqualore egeſtatis educunt , & eouſque procedunt , ut ex charitate Chriſtiana ſe agere gloriantur . Artes inanes , ſpecifica integumenta , quæ explodere faciliſſimum eſt . *Ibidem ſermone ſeræ ſecondæ Hebdomadæ ſanctæ*

Te metuere , dicis , ne in paupertatem decidas , & niſi cum ſenore mutuum des , tibi quamprimum ea , quæ ad vivendum neceſſaria ſunt , deſutura . At nonne vides , quam cauſam prætextis ? nonne eadem ſceleratiſſimus quiſque ſur , carniſex , latro , ſacrilegus , veneficus uſitur ? Ad ſcelera ſua probanda aliam ne cauſam aſſerte conſueverunt ? Si ex aliis querant Judices cur viatores diriperint ; ex aliis , cur veneno , & veneficis intulerint necem ; ex aliis , cur fraurum eorum ſanguinem tanta crudelitate efluiderint , nonne eadem , ac tu reſpondebunt audacia ; hanc ſibi mentem fuiſſe , ut de egeſtate poſſent emergere ? O terræ Judices qui Dei viventis locum obtinetis ! inanis ibi genus excuſationibus non præbetis aures , & hi licet prætextus aſſeratur , non ideo minus in eadem ſcelera animadvertitis : neque tu illos in ſeneratoribus audies Deus , ſed eorum injuſtitias ſuppliciiis æternis percuties . *Idem*

At enim nulli inferis injuriam , non enim invito , ſed libentiſſime conſentientis das mutuum cum ſenore . Veruntamen primo ſaluſ eſt illum , qui mutuatur libenter , ac plena cum libertate illatam vim pati . Egeſtis illa , qua laborat , ipſum cogit , ut tuis votis ſubſcribat , tibiſque bona ſua tradat , quemadmodum latroni diſtrictum enſem habenti traderet ; hoc eſt , tibi tradere vult , quia illum cogit , ut velit . Nonne ridiculum eſt affirmare latronem nullam intuliſſe injuriam , ac vim ei qui aurum eripuit in via , eo quod viator , auri potius , quam vitæ jacturam ſubire maluit ? quod aſſerit , non eſt minus abſurdum . Sed etiam ſi verum eſſet , qui pecuniam mutuatur ab eis , ſine voluntate , perfectæque libertate eum , quem exigis , tibi quantum permittere , non ideo minus peccat , peccatum enim non pendet ex intentione , & conſenſu illius , qui mutuatur , ſed ex ipſa ſenoris conditione . *Idem*

Nonne etiam ſenerator ait ſe gratificari proximo ſuo , mutuum eidem præbendo pecuniam , atque pro collato munere ſibi etiam gratias & agi , & haberi ? Verum profecto eſt , te illi eandem gratiam , eundemque favorem concedere , quem latrones , non interfecit eum , cui abſtulere pecuniam . Non auctens vitam fratris tui ; divitiis auctens , O te miſerum , Sanctus Chryſoſtomus hom . 5 . ſuper Matth . exclamat , ſimulans fratrem tuum ex gravi quodam malo erure , in majus illud præcipitem das : ipſum manu in portum immittis attrahere , ſed ut in deterius naufragium adducas , & eos in ſcopulos , quos ille non videt , alidas ; *ſenerator negotiatur aliena diſcrimina* , & ulteriores queſus de alterius ſelicitate conſequitur : & quæ in portum ex tempoſtate ſuſpicens impropoſito ſubine in crudelibus naufragium demergit . Savillimus etiam latronibus ſavior eſt : nemo enim le credit illis ; at de te nemo diſſidit ; ſuppliciorum metus illos coerct , & vertit in fugam ; ſed tu ſimulatio tibi animos facit , & turpiſſimum prodicionem ſub pulcherrima virtutis ſpecie contegens impune tuas crudelitates exerces .

SUPPLEMENTUM .

Avaritia , Amor Divitiarum &c .

Genitum Apoſtoloſ paucis nobis offendit pericula , quæ ſecum trahit amor auri , & Divitiarum , cum ait ; *Radix Malorum omnium cupiditas* , & aſſerit ex hac cupiditate omnia emanare ſcelera genera non ſecus ac ex virulentæ radice mali trachus exiſtunt . Et ſane ex inordinata hac habendi libidine originem ducunt furta , concuſſiones , direptiones , mendacia , lites , falſa teſtimonia , perjuria , cædes . Ita eſt , inquit Apoſtoloſ , Avaritia vera eſt idololatria : *Avaritia* , ad Epheſ . quod eſt idolorum ſervitus . Cur hoc ? Quia qui ad hæret pecuniam , hanc ſibi ſum Deum conſtituit ; hoc idolum eſt , cui cor ſuum ſacrificat , omneſque affectus ſuos . Perſe inſertit utrum adoretur aurum ſub Jovis forma , an ſub illa ſignatæ pecuniam ;

Confutatio rationum , quæ pro ſe afferuntur .

Quomodo pii homines poſſident divitiis , quæ ſunt avari .

Has turbas vitæ re poſſum , ſi nobis ſatis eſt duxerimus , que neceſſaria nobis ſunt vitæ præſentis , quæ adeo brevis eſt .

Quibus periculis eſt obiectus avarus ex Apoſtoloſ ſententia .

Avaritia vitium eſt , quod non auget , & permanet ulque ad mortem .

nix ; & ſi minus hæc eſt idololatria fidei , ſemper eſt facti , & ſe idololatræ fateatur , cujus cogitationes , cura , vigilæ , labores , morus , & contentiones unice ad hunc finem collimant habendi , congerendi , poſſidendi , theſaurus theſauris accumulandi , quin aliud ſpectet , quam hoc miſerabile obiectum . *Auctor recens*

Verum quidem eſt pios etiam homines nonnumquam poſſidere divitias , non ſecus ac malos , ſed inter utroſque magnum intercedit diſcrimen , non in acquirentione ſolum , quæ in bonis ſemper juſta , atque legitima eſt , ſed etiam in modo illas poſſidendi . Pii illas poſſident , quia poſſidentur , illaque ideo non ægre amittunt ; cum mali ab opibus ſuis poſſideantur , neque ab illis ſine vi , atque dolore valeant divelli . Terræ bona virtute præditis ſunt tantum veſtimentum , quo operimur , ſed quod facile abjicimus citra dolorem Eorum plurimi , qui poſſident divitias , ſibi blandiuntur , ſe earum amore nequam teneri tunc cum illas maxime deperunt . At vultis ne videre , urrum taliter affecti ſitis , an imaginationis veſtræ illuſione decipiimini ? Qualiter voluerit affectus invenitis , cum aliquam non leveſe jacturam paſſi eſtis ? Num turbamini , num ſolliciti eſtis , & inquieti ? Nonne doleris eo uſque ut vix , & ne vix quidem ſolatium ferre valeatis ? Hoc igitur argumens non poteſt earum rerum jactura , quæ cum amore poſſidebantur . *Idem*

Quor turbis eſſemus immunes , quot ſollicitudinibus vacui , ſi attente conſiderare vellemus , & in praxin redigere hoc maximi momenti monitum , quod nobis reliquit Apoſtoloſ : *Nihil intulimus in hunc mundum : hanc dabimus , quod nec auferre quid poſſimus* . Nudi egreſſi ſumus ex noſtris genericis alvo , & nudi in terræ ſinum reverſuri ſumus . Quomobrem pergit Apoſtoloſ : *habentes alimenta* , & quibus tegamur : *his contenti ſimus* . Qui ſublimiorem formam ſunt nacti , Principes , & Reges ipſi nihil habent quod cupiant , quam victum ſuum ; & qui in fortuna mediocri nil ultra deſiderant , fruuntur ſelicitate , ac requie toto cozio magis conſtanti , quam omnes totius orbis monarchæ . Quamvis in magnificis ædibus plurima abſumentur , ac menſæ dapibus numero carentibus inſtruantur , culibet convivæ parum ſatis eſt , ut nutriatur ; & quid avaro prodeſt magnus auri , argenteique cumulus ; cujus uno tantum ad ſpectu fruatur . Legitur inutile eſt , vel potius criminofum adharere divitiis , caſque ultimum ſibi ſinem proponere . *Auctor recens*

Quid nobis opus eſt tot curis , tot deſideriis , tot ſollicitudinibus , ut locupletemur , quandoquidem nobis adeo paucæ neceſſaria ſunt , & proſperè loquendo iis tantum fruamur , quæ in quocunq; diſtans ſumptus erogamus ? Et certe ſi quid intereſt pauperem inter , ac divitem ; hoc eſt diſcrimen , quod pauper moriens pauca hanc ægre reſtat , dives autem ægritatem relinquet plurima . Ratio mendandi avaritiæ omnia habere volenti , eſt ſepe animo recogitare mortem omnia diripientem . Hæc non infania redarguit , ac perſuadet , ut minus ſolliciti ſimus hujus vitæ celeriter pertranſeuntis , & fulguris inſtar evaneſcentis , quam æternitatis alterius vitæ , quæ jamjam imminet nobis , ut forſſe duos tantum a nobis diſtet gradus . Stultitiæ hujus cupiditatis , quæ nos pro hoc mundo vexat , quem brevi relinquet , & quæ prohibet ne Avarus ſibi conſulat , quandoquidem ſibi ea deſignat , quæ ad vitam ſunt maxime neceſſaria : Stultitiæ , inquam , huic opponenda eſt fidei ſapientia , quæ vitæ hujus inſtabilitatem , mortique certitudinem conſiderans , alteram quidem tamquam præteritam reſpicit , alteram vero tamquam præſentem ; quæ alteram conſiderat velut umbram cito pertranſeuntem , alteram tamquam reale malum , quod vitari non poteſt . *Idem*

Pleræque alia cupiditates ætate reſtinguntur , uni avaritiæ annorum lapſu , & ſenio novarum vitium acceſſio ſit . Senex Avarus pro auro magis ſurrit , quam omnes prodigi adolescentem . Non querit amplius , unde in ſuas erogat voluptates vel ambitioſi ſux ſatiſfaciat : hujusmodi cupiditates , ſi illis obnoxius ſuit , mortuus ſunt , vel jamjam morientes in corde illius ; non amat amplius pecuniam , niſi propter ipſam . Dexterior , callidior , verſutior eſt , quam antea in arte parcitatis , ſecundum

Howdy Bibl . Tom . I .

noris , extorſionis ; eius conſcientia magis occulit , neque tangitur ultra verecundia , ſtimulique humanitatis , æternitatis , & Divinitatis . Quid igitur ex id genus hominibus expectare poteſtis ? Niſi quod vitam divitum duxerint in ſuperbia , mollitie , libidine , ſævitia divitum morte moriantur ; nempe percuffi fulmine , quo reprobi ſolent , proſtrati inopinato aliquo telo jamdudum commiſſationum , & copotationum vaporibus ſenſum confuſo , quod ſine fragore , ſine luce dilapſum ſtatim rationem opprimit , vincit ſenſus , ac ſiſt , ut corpus ſe ipſum diſtorquens noviffimis vitæ momentis digladietur , vel e contra aſcendens , & per moleſtiſſimos languores ad mortem perducti , ut longis hauſtibus epotent amaritudinem diſcenſionis , & dolorem , quo aſſiciuntur eo quod tot collegerint bona , & præſto ſiſt , ut aliud in ſcopulum , ubi naufragium evitari non poteſt . Ubi nam tunc es , o Amor Dei ? reverentia , ac timor Dei ? Inmerſi eſtis in ignorantia , in oblivione , in odio æternarum veritatum . Lingua ſinda eſt , & mens clauſa omnibus cogitationibus ſanctis . Tamen ad peccatorum cubile Medici evocantur , & Norarii . Eorum monita ponderat , deliberat , diſcat , ſignat , colligit omnes vires ſuas , & quidquid recti ſenſus illi reliquum eſt . Confeſſarius , Paſtor ad oſtium pulſat : ægrotus queſcit , male noſtem tranſegit ; febris iterata eſt . Miſtri Dei , qua patientia terende ſunt vobis hæc divitum reſpexiſſe , vobis que ex eorum ore potius , quam corde evellenda ſunt verba , quibus ſuſi ſpem concipere velatis illos ſerio penſititit ? Quoties non aſium zeli veſtri , & veſtre charitatis fructum retulit , quam coegit impieſtatem , ut ad vos decipiendos hyprocritis perſonam indueret ? Tamen decepti , ac ſpecie ſeduci , cum in corde perſonato veros ſenſus legere vobis negatum ſit , ad hanc adacti eſtis neceſſitate morienti vitæ Sacramenta miſtrandi . *P . de la Rue in Quadrageſima*

Nonne fremendi cauiſa eſt audientibus obſtinatam miſeri Achan pertinaciam , qui cum ſacrilega aviditate , contra explicum Deum imperium aulit ſuiſſe ſibi vindicare pallium cocineum , auream virgam , & ducentos argenti ſiclos ex manubiis Jerichuntinis , non ignorans interdictum , & ſciens morte puniendum quicunque minimum aliquid ſurripuiſſet ; videns Joſue , & omnes populi principes in nocentis perquiſitione maxime intentos , & videns etiam ſortes conſpici ſuper omnes Tribus , ſecundum eorum temporum conſuetudinem ut reus detegeretur ; tamen adhuc in peccato ſuo mordicus permanebat , jam certus conſilii , ſe nunquam ſuum nequiſſimum aperiturum ! Quid ille cogitare poterat , ſeiſpam pertinaciter obſtans periculo ſæviffimæ , ac ſere preſentis lapidationis ? Videbat jam fortem cecidiſſe in Tribum Juda , quæ Tribus ſua erat ; ex Tribu Juda in familia Zare , quæ ſua erat familia , cecidiſſe , ex familia Zare cecidiſſe in domum Zabdi , qui avus ſuus erat . Hoc tempus erat , vel nunquam , ſe reum conſitendi , & veniam deprecandi ; ſed illi dominabatur avaritia , ejuſque oculos claudebat iis omnibus , quæ illum impellere poterant , ut predam reſtitueret . Itane erat inſipientis ut crederet , vel minas irritas eſſe , vel ſe de Judicum manibus elapſurum , vel ſe illos ad lenitatem precibus , & lacrymis vocaturum , vel patronos ſibi non deſuturos , vel ſortes , quæ in alios ceciderant , in ipſum nequam caſuras ? Inanes illuſiones , quibus armari divites querunt contra poenas æternas capiti ſe imminentes ! Vident quotidie ob oculos ſuos ſimiles ſibi mori , ſed tamquam Atheos , tamquam illos , quorum ſalus jam clamata eſt , tamquam bellus mori , ſine reſtitutione , ſine diſcuſſione bonorum male partorum , vel ſine illo religionis ſenſu acquiſitorum . Numquid ſibi blandiri poſſunt , ſe alia morte perituros ? ſinem eundem , eandemque ſortem in ſe nequam caſuram ? O miſera facinatio ! In preſentibus bonis immerſi , ad ea que futura ſunt , obſuſcepunt ; niſi hæc futura temporalia ſint , & peritura . Hac in re fateor illos eſſe vigilantes . Omnibus momentis mente ſua agitant , quoniam poſt obitum ſuum bona ſua migrabunt , in quas maſſe elabentur , quomodo creditorum inſeſtationibus elabentur ; quomodo illa ſiliis ſuis certa , ac propria efficere poterant , eaque in familia ſua peſtenare . Hoc unum eſt illud futurum , quod reſpiciunt , ſola æternitas , que illorum excitat præcautiones ; ideoque ſunt Teſtamenta , Codicilla ,

Cæcitas Avarorum .

K k